

*Christus semel oblatus est
ad multorum auferenda peccata.*

Léctio Epístolæ ad Hebræos

9, 24-28

- ²⁴ **N**on in manufacta Sancta Christus introívit,
quæ sunt similitúdo verórum,
sed in ipsum cælum,
ut appáreat nunc vúltui Dei pro nobis;
- ²⁵ neque ut sæpe ófferat semetípsum,
quemádmódu pón.tifex intrat in Sancta
per síngulos annos in sáanguine aliéno.
- ²⁶ Alióquin oportébat eum fréquénter pati
ab orígine mundi;
nunc autem semel in consummatione sæculórum
ad destitutiónem peccáti
per sacrificium sui manifestátus est.
- ²⁷ Et quemádmódu statútum est homínibus semel mori,
post hoc autem iudícium,
- ²⁸ sic et Christus,
semel oblátus ad multórum auferénda peccáta,
secúndo sine peccáto apparébit
exspectántibus se in salútem.

Verbum Dómini.